Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8139
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

monstrat eos quos fluxus carnalium uitiorum exsupans aggrauat. Homo habens duos filios dei et habens duos ypocritas. quorum senior figuram tenuit iudeorum. qui non permansit in dei cultu. atque iunior gentium qui conditore deserto factus est seruus idolorum. quem per egestatem fidei reuerentem clementer suscepit deus pater. et per confessionem eius sub umbra typo immolandum filium tribuit. eum amulum fidei et stolam immortalitatis induit. quinque iudeus fratruis torqueat inuidia. per salutem eius gaudium conantur angelorum symphonia. Dispensator prodigus quem dominus a uallicatione amouere precepit. fraudem domino suo facientes. relapsaut debitorum parem ut haberet unde in posterum uiueret. Hec comparatio ad exemplum nostrum posita est. Nam si ille laudari a domino promeruit qui fraudem eius faciens in posterum sibi de auditis reb. puidit. quamomagis nos xpo adimplere possumus. si pauperes nostros miam indigentibus faciamus. a quibus recipi in tabernacula possimus eterna. Diues qui induebatur purpura signat iudeorum superbiam. quondam florentem impii claritate et honoris excellentia. Mendicus ulcerosus demonstrat gentile populum confessionibus peccatorum humiliatum. Quinque fratres diuitis uiuus qui apud inferos torquebatur iudei intelligunt. qui sub quinque libris legis positi sunt. Decem ipsis qui mundantur heretici significant. qui in uarietate colorum diuisitate habent sectarum. quique ideo ad sacramentum mutuunt ut deersa omni uarietate errorum. unitatis percipiant sacramentum. Iudex iniquus qui dominum non timebat assidue tamen percantem uidua exaudiuit. summa uidua est qua demonstratur quantam spem habere debeat qui dominum desinentem exposcit. cum eum apud aures iniqui iudicis ualuerit frequens instantia uidue depecantis. Ipsa autem uidua signat potestatem pseuerantiam sui petentem de inimicis suis. iudeis et diabolo et hereticis. Pharisseus orans in templo iudeorum est populus. qui ex iustificationibus legis extollit merita sua. Publicanus uero gentilis est qui longe a deo positus confitetur peccata sua. quorum unus superbiendo recessit humiliatus. atque confitendo appropinquare meruit exaltatus.

Geus sedens secus uiam populum demonstrat gentilium. qui per xpi gratiam fidei meruit claritatem. Zacheus gentilis est populus gratia pusillus. qui tamen arbores adiuuat. subleuatur per lignum dominice crucis. xpi misterium